



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Defensio || Philippi Melan||chthonis Contra || Iohannem  
Ekivm || Theologiae || Professo||rem**

**Melanchthon, Philipp**

**[Wittenberg], 1519**

**VD16 M 2926**

**urn:nbn:de:hbz:466:1-32534**



positiones de indulgentiis  
Sermo de penitentia  
Resolutio de indulgentiis de indulgentiis  
Ein Sermon von dem Ablass und was  
Verlegung und Sünde und was  
Ein Sermon von dem Ablass und was  
Acta Caluiste prioratus cum racionibus Martinus  
Responsio Martinus ad articulos Caluiste  
Responsio Caluiste  
Acta Martinus Augustus  
Disputatio de iis et pro Martinus in studio  
Disputatio et responsio Martinus cum quodam  
Oratio de Caluiste  
De ratione disputandi oratio de Caluiste  
Præfatio Epistolæ ad durandam fidem et alia quædam  
Resolutio super hoc de penitentia pape  
Alia resolutio de eisdem sed de indulgentiis  
Resolutio super hoc de indulgentiis  
Oratio de longis articulis disputandi super hoc  
Disputatio prima de iis et articulis de vaba  
ad vaba per notarios et alia  
Disputatio secunda cum Martinus  
Disputatio tertia de iis et articulis  
Epistola philippi Melancthonis de eisdem disputandi  
Excursus de iis et articulis philippi  
Defensio philippi cum articulis  
Concordatio Suaeuij et Caluiste  
Epistola Emperij ad Aegredorck  
Ad Egredorck Emperiam Martinus additio  
De venatione lutheriana

Solunones doctorum Wittenbergensium  
Johanne Cocceio, Mithi Wittenbergensi &  
Academice Lipsie & alia quorundam  
Contra malignum Jo. Eckii Auditorium  
Ad Jo. Eckium Epistolam Martini Lutheri  
Appellatio Martini Lutheri  
Appellatio Pausen

Liber primus opusculorum Martini Lutheri

Th. 6116

ERZBISCHÖFL.  
AKADEMISCHE  
BIBLIOTHEK  
LEOSTR. 21  
PADERBORN

Vgl. Harrassowitz, *Sp. Katalog* 328.

*Defensio philippi melanctoni coram Emu*

DEFENSIO  
PHILIPPI MELAN  
CHTHONIS CONTRA  
IOHANNEM EKIVM  
THEOLOGIAE  
PROFESSO  
REM.

*D. othoni Bogman*  
*Mu sagard*

*R*

*v*

P H I L I P P V S M E L A N  
C H T H O N C A N  
D I D O L E C  
T O R I  
S A L .

Euulgata est superioribus dieb<sup>9</sup> forte fortuna epla  
quedã ad Oecolampadiũ mea in qua amico, & in-  
tegerimo viro, & veri amantissimo paucis tantũ  
capita quedam Lipsicę disputationis adumbravi,  
magis quam descripsi, neq; n. a necessarijs operis  
vacare id tẽporis diutius dabatur & pleraq; eius  
certaminis eiusmõĩ fuerant, quę citra inuidiã per-  
sequi nõ licebat. Iã & quedã leuiora videbãtur, quã  
vt ijs amicũ longe fœlici<sup>9</sup> occupatũ onerare. Atq;  
in his p̄sente animo caui ne quẽq; offenderem qui  
in om̄i cursu vitę meę nihil habeo prius, nihil dur-  
co antiquius bonorũ gratia. Et vt Christianũ nõ est  
male merito par referre, ita inhumanũ censeo nil  
male meretẽ ledere, quo nomine cũ culpa tũ sus-  
pitione culpę liberari facile spero. Iã & perspecta  
eorũ qui disputauerũt virtus ac eruditio admonere  
mei me potuit, ac persuadere ne quẽquã inciuili<sup>9</sup>  
perstringerẽ, neq; n. tã stupidus sum vt nõ intel-  
ligã quanto id meo periculo fieret. Breuiter sane  
etiore apud me loco Oecolampadius est, quam vt  
eius nomine ad calũniandũ quẽcũq; abui velim.  
Proinde quẽcũq; cõplectit̄ eplã ad illũ mea simpli-  
citer & fide historica, ita me deus amet, scripsi, ni

hil minus futurum putans, quā grauatim laturos  
oīno quicūq; essent lecturi. Verū hāc iniquo fecit  
animo Ekius, qui adeo non lesus est, vt grauius  
multo queāt succensere mihi. D. Andreas Carol:  
& Martinus Luther si nra maligne velint interp̄  
tari, ad quos nō minus quā ad Ekiū pertinet, quod  
de hoc toto gñe disputādi imo de plerisq; quæ in  
disceptationē *αθεολογικῆ* inciderūt, dixi, Neq; arbi  
tror Ekiū ipm adeo perfrieta fronte esse, vt neget  
multa huius disceptationis Lapithas istos luciani  
cos, quā theologos ppi<sup>9</sup> retulisse. Fateor de Ekiō  
paulo plura a me cōmemorātur, nēpe qđ ipius in  
hac tota fabula primæ partes per omnia fuerit, vt q  
vnus cū duob<sup>9</sup> animo plusq; herculano cōgressus  
sit. Atq; ea vel ob hoc a me accuratius obseruata  
sunt, q; fere aut egregie arguta sunt, & vafra, aut  
tale quiddā prę se ferunt, quod nescio quō visum  
est mihi a theologica maiestate nō nihil abluere.  
Quid em̄ referebat volgaria notare, insignia que  
dam vt cūq; inter differēdum excepta cōmemini.  
Ekiū tm̄ abest vt carpere voluerim, vt nō parū  
argutarum etiam belle mihi ariserit. In quafdam  
fortasse liberius lusi, quod vt facerem magis im  
pulisit studium & anxia quēdā religio, qua videor  
mihi sacris literis obnoxius esse, quā morb<sup>9</sup> animi  
eū audacius illas nō nūq; interpretaretur Eki<sup>9</sup>, quā pa  
titur ratio, neq; n. refert q; magnis se autorib. tuet  
quorū suam seq̄ tutū sit, Nā & hos q; fide secutus  
A ij



lit postea docebimus, & nō statim pbare nos necesse est, si quid quacūq; ratione Ambrosius aut Hieronym⁹ dixere. Plane eo sum in sanctas lras animo, vt nihil indignius censeam quam ipas pro more humanarū fabulaz in varios sensus diripi, ac dilaniari, imo vt Penelopes telam texti & retexi, vt sua cuiusq; fert libido, vt interim taceā, quam sit impium scripturam rapi ad humanos affectus, & sancta sanctorū prophanis manibus, imo Idolothytis violari, quo nomine ipse scit Eki⁹ quid DE PLORATAE questionū THEOLOGIAE doceamus, quē tā clementer affectibus indulget humanis, quāq; huius se patronū & assertorem velit haberi. Habes candide lector epistolę meę consiliū & rationē, in qua siquid peccaui, veniā merebitur vel imprudentiā vel casus, certe fraudi dare nō licet, qm̄ ipse m̄hi cōsciū sum nō malignitate, nō odio id quidquid est, a me scriptū esse, vehementerq; doleo in hanc rapi aleam & in ea harena vt Pauli verbo vtar δεκτρισασθαι i qua vt caussā fortiter tuear auctoritate tamē aduersariū p̄mor, & vt om̄ia alia feliciter cedāt, tñ id quod lōge infestis, est, subinde calūnias alias alię serunt, & perpetuo qđ greci dicūt επισ επι αντιφουτεvei. Proinde cōsultū mihi videbatur surda aure, nempe κωπον βελος calūnias Ekianas p̄terire, cum q; eiusmodi fere sint, quas si conferas cum epistola mea facile videas responderi quid possit, tū q; ipse liber auctorū public⁹ satis nobis patrocinetur, Tamē quia

fic est amicis quibusdam visum, purgabo paucis  
falsi crimen quod dissimulare, vt putant, nō ē satis  
pium. Interim ita tēperabo argumentum, ne quid  
vspiam petulanter, aut immodeste in Ekiū dictū  
videri possit. Omnino. n. plurius est Christus mihi  
quam hęc tam friuola calumnia.

1 Præter officium causatur Ekius factum q̄  
publicarum capita quadam disputationis q̄ inter  
partes conuenerit ne euolgetur disputatione priusq̄  
de summa iudices decreuerint. Primū q̄ inter ptes  
cōuenit vides ad me nō p̄tinere. Neq̄. n. quidquā  
mihi cū Ekio rerū vnq̄ fuit, & Lipsicę pugne oci  
olus spectator in reliquo volgo sedi. Deinde de  
euolganda disputatione cautū est, at ego obiter &  
pauculas tm̄ sentētiās decep̄si e quib. magis argu  
menta disputationis cognoscerentur, quā vel estī  
maretur euentus, vel iudicaretur causa. Obsecro  
de victoia pronūcio, quom dico nō actū esse in  
ter Ekiū & Carolo stadiū de humana iustitia, seu  
de merito cōgrui. Sed an voluntas bonū opus tm̄  
recipiat. Quid cōtrouertatur indico, nō pronuncio  
vter vicent. Iam q̄ ait iudicis officio me defunctū,  
satis me liberat epistola, in qua hęc insunt, quorsū  
inclinant res mihi sane nō est in p̄liui iudicare.

2 Voluisse Ekiū ne dictaretur testes sunt gra  
uiss. & integerrimū virū qui corā designatis cā cām  
partim ipsi egerūt, partim studio factionū presen  
tes agi viderūt. Iā vt dem apud designatos non id

actū esse palam est displicuisse cōsiliū excipiēdi,  
porro quid oportuit detrectare vniuersi orbis iu-  
diciū, idq; in paucos nescio quos, reijcere, si fidei  
causam vt vocat obscurari noluit.

3 Susceperat Carolo stadium defendēdā cōclu-  
sionē suā xi. Liberū arbitriū ante gratiā nō valere  
nisi ad peccandū, hanc oppugnabat Eklius quam  
vides de humanis viribus ppositam, atq; adeo de  
iusticia hūana, seu merito cōgruū, neq; iā disputo,  
accedat peculiare auxiliū, nec ne variant. n. & ipsi  
questionū magistri. Certe magno cōsensu scholę  
id peculiare auxiliū gratiā Iesu Christi esse nō p-  
mittūt. Atq; id erat qd̄ auidi auditores expectabam-  
us, q; lectorem ad suam conclusionem relegat,  
nemo tam stupidus est qui putet Carolo stadium  
Ekianam conclusionē defendendam suscepisse.  
Ab illo instituto, in angustias quasdā, an recipiat  
volūtas tm̄, causā sensim tracta est, cū in Carolo  
stadij conclusionib; vnica ē quę obiter causatur  
totū opus bonū a deo esse atq; eam ipsam Eklius  
laigitus est, mō nō sit opus diuinitus totaliter. Ego  
vero certū habeo Carolo stadio nūq; in mentē ve-  
nisse causā in has symplegadas cogere. Credo  
permouit eū vt diceret, atq; id recte, totū opus bo-  
nū a deo esse, ppter Ekij pphanam scholam, quę  
gratię & nature opera nō distinguit, nisi respectu  
rationis, vt vocant, planeq; eadē specie censet acq;

quos cū natura citra gratiam, tū voluntas & gratia  
efficiāt. Hic vero tutandus seu excusandus erat  
Barbarus ille Heraclitus, Scot<sup>9</sup> quē meministis in  
rapsodiis suis quam Christiana hac de re doceat.  
Quod subiecit de, D. Erasmo principe studioꝝ  
pictatis, vides mi lector non alio pertinere, nisi vt  
optimo viro, deinde bonis oībus inuidiosus red  
dar. Valeat Ekius & traducat nos & triumphetur  
pauulos. Ad id genus calumniarū satis animi pre  
stabit Christus, ipse agnosco quantū Erasmo de  
beant cū studiosi omnes tum maxime ego, tot be  
neficijs priuatim ac publice ab eo auct<sup>9</sup>, quę post  
q̄ intelligere cœpi, cœpi aut̄ Christo duce. Scio quā  
grato pectore complexus sim, reliqua debeo isti  
malarum mentiū auctori scholę.

4 Non displicuit argutia de toto & totaliter  
nēpe festiua eoq; ipso gratior, q̄ noua ē & digna  
Ekij professione penes quā hodie cū rerum tum  
verborum arbitrium est. Iam quod docet inter illa  
quid intersit non est ingratum amici studiū, quāq̄  
iam olim Porphyrium didicimus, & nūc ad id ge  
nus nugalia theoremata reuocari molestum est.  
Porro quid necesse erat nouis glossematīs & plāe  
ficticijs asserere vim liberi arbitrij, qua bonū effi  
ciat cū receptū sit & apud scholasticos, vel sum  
mē notę, nempe Occanicos, quosdam voluntatis  
actus tantū recipi.

5 Martinus Oecumenici pontificis auctori-  
tate veneratur ac tuetur. De iure diuino disputari  
voluit, quod in eo probat Ekius ex Matth. Tu es  
Petrus, & super hanc petra &c. Quae locum quan-  
doquidem de Petri primatu exposuerunt, S. patres,  
Academiae & concilia, valere ad auctoritatem oecum-  
enici pontificis constituendam Ekius censet. Sed  
haec qua modestia, & qua fide diluerit Martinus  
ipsa declarabit olim. Tamen quoniam Ekius sanctorum patrum  
auctoritatem tam fortiter iacet, & in eis spem omnem  
ponit victoriae, vide quid efficiat.

Primum non est, cordi mihi cuiusquam auctoritati quidem  
qua derogare, veneror & adoro tot ecclesiae lumina  
celeberrimos vindices Christianae doctrinae. De-  
inde puto non temere fieri, sicubi sententiae S. pa-  
tres variant, quemadmodum solet, ut iudice scriptura  
recipiantur, non ipsorum, neque variabilium iudiciorum scrip-  
tura vim patiantur. Quandoquidem vnus aliquis &  
simplex scripturae sensus est, ut & caelestis veritas  
simplicissima est, quae collatis scripturis, e filo, duc-  
tisque orationis licet assequi. In hoc enim iubemur phi-  
losophari in scripturis diuinis, ut hominum senten-  
tias, decretaque ad ipsas, seu ad Lydium lapidem exi-  
gamus. Deinde ut omnino ad iudicandas scriptu-  
ras adhibendi sint S. patres, satius est ex his locis,  
scripturae sententiam colligere, vbi hoc ipsum agunt,  
ut enarrent, quam iis vbi vel rhetoricantur, vel asser-  
tionibus suis quocumque modo indulgent. Quemadmodum  
hoc &c.

hoc & ipsi fere experimur varie nos scripturam  
intelligere, quia varie afficimur, iam hic, iam ille ar-  
ridet sensus, quia quo quocumque rapit affectus in id  
incumbit, in eo se multiplici animi cogitatione ob-  
lectat, & ut polypus cuiusque petre adhaerit eius  
colorem imitatur, ita nos quorsum propensum animi  
studium rapit, id omnibus, vix effigiare studemus. Iam  
quoties euenit ut excipiat vim alicuius sententiae pro-  
prie & sinceram mens nostra, oblectetur in ea se  
paulisper, mirabili quodam modo, quem reuocare po-  
stea elapsum prorsus nequit. In eum modum sancti  
patres & affectu quodam rapti in sensum non malum  
quidem, sed impertinentem sepe numero scriptura  
sunt abusi. Quod ut non damno, sic tamen recipio, ut in  
controversia parum valere arbitrer. Nam ut greci dicunt  
*καλωσ τρεχουσιν, αλλα εκτος οδου*, immo ausim  
& hoc dicere nonnumquam sensu quodam S. patres in-  
terpretatos esse scripturas, quem suggererat & inspi-  
rabat viuarum aliquis affectus, qui sensus & verus sit  
& non impertinens, quem tamen nos hominuli ad literam  
quadrare non videmus, nempe alio nos alius spiritus  
rapit. Est enim eiusmodi quaedam tacita mentis alimonia,  
& manna quoddam quod puto paulum intellectum spiri-  
talem vocare, quem facilius sit percipere, quam verbis  
delineare. Iam vero quis non videt veteres liberrime  
scripturis abusus, plerumque temporibus, plerumque diffen-  
sionibus, hereticorum data sunt, quod genus exempla  
liceat innumera producere. Neque raro accidit praesertim

B

in recentioribus, vt pugnet cū origine sua exposi-  
tio quepiam. De scholasticis non est vt multis agā  
quibus diuine literę quiduis sunt potius quā sim-  
plices, immo nescio quē proteū fingunt dū eas in  
allegoricos, tropologicos, anagogicos, lrales, grā-  
maticales, historicos sensus transformāt, & trans-  
fundunt in nescio quas lacunas. Ad veteres redeo,  
quos hactenus dixi scriptura abuti, iā vero & er-  
rare sepe numero dico. Quęlo quoties lapsus est  
Hieronymus, quoties Augustinus, quoties Am-  
brosius nec. n. tam ignoti mihi sunt, vt non hoc li-  
bere ausim dicere, imo fortasse notiores aliquāto  
sunt mihi, quā Ekio suus Aristoteles, Quoties ipi  
inter se dissentiant, quoties suos errores retractāt,  
& quid multis? vna est scriptura cęlestis spiritus  
pura, & per omnia verax, quā canonicam vocant.  
Proinde quid piaculi ē? si Martinus alicubi a qui-  
busdam ambiguis veterū expositionib. dissentit,  
& cur nō dissentiat? Locū Matthei, Tu es Petrus,  
& super hanc petram, Martinus enarrans sequitur  
Origenem, qui vnus p multis ē, idq; eo loco, vbi  
hoc ipm agit Origenes vt enarret, Augustinum in  
homilia, videlicet Euangelij exegefi, Ambrosiū in  
lib. vi. in Lucam, reliquos pretereo. Esto munit  
Ekii sententiā suam aliquot patrū auctoritatib.  
Hiero: & Cypriani, quib. maxime nititur. Nā Ber-  
nardo & Leoni parum iuuat in hoc negocio erit,  
vides & diuersam s. patrum auctoritatib. munitā.  
Quid igit? ipsi secū pugnant? qd mirū? Inde con-

sectaneum est sanctos patres non probare locum  
Matthei ad Oecumenici auctoritatem pertinere.  
Patrib; em̄ credo / quia scripturæ credo cui vim  
fieri non licet propter varias illoꝝ sententias. Itaq;  
ex ipso scripturæ ductu, ex argumenti ordine col-  
ligenda fuit Martino firma & stabilis sentētia, quā  
adiuuāt optimi quiq; qui eum ipsum locū integre  
enarrāt. Iam vero vides a qua parte stent copię s,  
patrū instructiores, a Martino stāt qui integri lo-  
cum enarrāt. Ab Ekio qui utiq; i alieno argumē-  
to Matthei loco abusi sunt. Et hæc si libet oculati⁹  
videre, cernes in dubium vocari ab ipsis auctorib;.  
Hierony. castigatione quadam sententiam suam  
temperat. sic iquiens, at dicis sup petꝝ fūdat ec-  
clesia, licet id ipsū i alio loco sup omnes aposto-  
los fiat & cuncti clauēs regni cœloꝝ accipiant, &  
ex æquo sup eos ecclēie fortitudo solideꝝ, tamen  
propterea inter duodecim vnus eligit̄ vt Schisma-  
tis tollatur occasio. Vides interpolatā castigatio-  
ne Hieronymi sententiā, doceat ergo Ekius quor-  
modo ex æquo sup omnes ecclēie fortitudo soli-  
det̄, & tñ vnus eligatur Schismatis caussa. Et huic  
vnico Hieronymi loco / quot liceat alios eiusdem  
opponere? Cypriani locus ad Pupianū plane huc  
pūnet, oportere vnum esse cui audiat popul⁹, nō  
quidem totius orbis, sed singularum dioecesium,  
Epistolam qui volet diligenter excutere, nī fallor,  
non aliter iudicabit.

B ij



6 Nō est in epistola nostra Christum dum Petro dixisset, pascere oues meas, post hoc Apostolis parē potestatem traditam &c. Sed sic post parē potestatem traditam, .i. postquam par potestas tradita est, Accipite &c. deinde dictum Petro, pascere &c. Hic si vel grammaticus, quos dicit, consulisset Ekius epistolam nostram non adulterasset, vides Eki redire me ad crepidam, Neque periculum est vllum, ne hoc loco Martino inuidiosi per te reddamur, qui tam probe de nostris iudicaueris.

7 Maccabeorum libris tantum esse auctoritatis, quantum est Euangelio palam dixit, nec est ut infirmari possit, quam nescio quomodo dissimulat, & nemini obscurum est, quam recte id dictum sit, qui modo Hieronymum vident, qui sic ait, sicut ergo Iudith & Thobie & Maccabeorum libros legit quidam Ecclesia, sed inter canonicas scripturas non recipit sic & haec duo volumina, s. Sapientiam & Ecclesiasticum, ad edificationem plebis non ad auctoritatem ecclesiasticorum dogmatum confirmandam. Est ergo inter libros Ecclesiae discrimen, quae alios libros aliter recipit, ut non sit consecratus hic liber est in numero nostrorum, igitur est scriptura Spiritus sancti.

8 Temere nos Ambrosium inuadere accusat Ekius, sane hoc loco dignus, quem paulo durius tractarem. Equidem de Matth. loco dixi, tum quae

ille interpretatur Lucę est. At vero primū constat  
aliū esse aduersariū apud Lucā, nempe a quo cur  
randū est vt liberemur, aliū apud Martheū, qui cū  
cōuenire nos oportet, in quē asperius dixi ppter  
eos quibus placabile & vt dicunt veniale videtur,  
negare inimico beneuolū animū. In summa, i eos  
qui ita nobis pcepta consilijs tēperarunt, vt lōge  
inferius sit Christianū esse, quā probum ethnicū,  
Quanq̄ & ille apud Matth. locus amplius quiddā  
pse se ferre mihi videtur, eo q̄ sit in gręcis *αντι  
δικος*. Deinde carcerem per tenebras exteriores  
apud Matt. exponit Ambrosi⁹, quę inferorū pcul  
dubio descriptio est. Deniq; qđ videtur patroci  
nari Ekio, simpliciter figura quadrantis significari  
vult culpę cōpensationem, & sicut textus dicens,  
donec reddas extremū quadrantē, nō ait aliquādo  
reddi extremū quadrantem, ita Ambrosius dicens,  
figura quadrātis significari culpę compensationē,  
non addit fieri eam in mortuis compensationem,  
immo refragantur quędā aperte, si ad compensa  
tionē pœnarū in mortuis trahere velis. Breuius ex  
pediero locū si iuxta crebram figuram cū gręci tū  
hebraici sermonis verbi donec, exponam, id quod  
oportet. Ambrosio nihil vt vides adimo. Quanq̄  
ab eo sicubi a germano sensu variat, dissentire cre  
do, non est flagitiū. Porro & in eo apud Lucā ca  
pite de quadrante multa philosophatur cū in grę  
cis nō sit nisi *λεπτον εσχάτον* qđ partē quadrātis


dicunt Quid? quod ille de diabolo differit ne ipsi  
quidē Hieronymo probatur? Hic q̄ ait obscurari  
me bene habet. Nam non ingrātū est sub vmbra  
Ekiani nominis delitescere.

9 Obiter ad pauca respōdimus, sunt & alia  
in Ekij libello quę vt verbis excusē, puto nō magis  
noperere referre, nempe quę res ipsa in notariorum  
cōmentarijs descripta declarabit. Nam & hęc si li-  
cuisset, silens maluerā pretereire. Immo deste a me  
in illū ne verbum quidē vllum dictum est. Proinde  
vicissim obtestor caussa pugnet non contumeliosus,  
debemus. n. charitati, quā cupio, ita me deus amet,  
ex animo inuiolatam illæsaq; q̄ vero crassiores  
nos putat, quā vt de sublimibus theologorū quæ-  
stionibus aliquid attingamus, nō displicet. Modo  
pmittat & vulgus Christianū de pijs nōnūq; quæ-  
stionibus colloqui atq; adeo nos, qui a theologie  
studijs nō omīno abhorremus, id genus sacris de-  
licis animum nonnūq; pascere. Quāto satius erat  
paruulos, in quibus nos quoq; sumus, fauore ac  
studio animare, ad pijs literas, imo etiā si quid de-  
linquerent per imprudentiā, conuiuere, quā huius-  
modi tragicis vocibus deterere. Vale mi lector, &  
defensionē nostram boni cōsule. Nā & ipse testis  
erit Ekius potuisse me hanc caussam plerisq; locis  
inuidiosius agere, si animo liberius indulgissem.  
Iterum Vale ex inclyta Saxonie Vuitēberga.


ANNO M. D. XIX.


ipfi  
rari  
bra

afia  
ag  
um  
i li  
me  
ide  
ijs,  
et,  
res  
æ  
do  
æ  
gie  
le  
rat  
ac  
er  
if  
&  
is  
is  
.



by  
us,  
en  
om  
ad  
tra  
ele  
die  
re  
ve  
&  
ter  
er  
tā  
ter  
ire  
fo  
cū  
ca  
ter  
di  
ta  
lie  
as  
le  
tē  
ert  
te  
  
or  
rs











Th  
6116